227

E

19

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

~~10 K. E. 19~~
227 E. 19
NKr. 1041

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

19 K I 99

92.

# Alexandri Hegii Gymnaſi-

archę iampridem Dauentrienſis diligentiſſimi ar-
tium profeſſoris clariſſimi Philoſophi preſbyteri
Poetę vtriuſqꝫ linguę docti Carmina et grauia et
elegantia: cū ceteris eius opuſculis quę ſubijciunt̄
¶ De ſcientia et eo quod ſcitur contra Academicos
De triplici anima vetegabili: ſenſili: et rationali
De vera paſche inueniendi ratione Quā ex Iſaac
Argyro greco excepiſſe apparet De Rhetorica De
arte et inertia De ſenſu et ſenſili De moribus De
philoſophia De incarnatōis miſterio Erotemata.

1503.
KONINKL.
BIBLIOTHEEK
TE 'S HAGE

[illegible]

Joanni de Bala [illegible]

[illegible]

M. Jo. Arnold. Ballenstedt.

22

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

¶ Jacobus Eraſmo ſuo vtriuſq; lingue predocto Canoni-
co regulari Salutem

Communis p̄ceptoris viri doctiſſimi lucubratiun
culas: Eraſſme ſuauiſſime: digniſſimas quas cdā
tuo auſpicio: politioribus characteribus exprimā
tur quantū in me erit: curabo q; diligētiſſime. impietatis nō
iniuria aget me quiſpiā: immo ſtudioſis adoleſcētulis inuidē
aſſeueret: qn̄ hanc ꝓuinciā ſubire ſuoꝝ videā nemīnē: ſubter
fugientiū laborē: ſi vigilias illas: a blattis corrodētibus: nō
vindicarē: ſitu ſqualentes: tenebris abſtruſas. Opera certe
cedro tingenda Pallados penitiore ex Adyto deprompta:
Alcide noſtro Nō ſum neſcius: quantum p̄ceptori: ſub quo
meruimꝰ: nō tempore vno eodēq; debeam: Cuius beneficijs
quis reſpōdit aliqn̄. Eo plura cū referam accepta: quo mihi
deuinctus magis In quem: q; pium te p̄ſtiteris: Adagia grę
ca a te iampridē traducta: docent luculentiſſime Nō lōge em
a principio: in Adagio (vt mens fert) Quid canis in balneo:
vt de eo memineris: haud tibi mente excidit: Rodolfus in/
quā Agricola: quem ego virum totius germanię publico
honore nomino: nominoq; hoc libētius: ꝙ puellus: huiꝰ diſ-
cipulo ſum vſus p̄ceptore Alexādro weſtphalo: vt huic pie-
tatē: illi tanq; nepoti debeā charitatē Vereor ne Rhodolfi no
ſtri gl'am germanꝰ p̄co: faciā inuidioſam Hermolai barba
ri: quē nemo (vt opinor) negat inter Italos. p̄ter ſummam
moꝝ innocentiā: ⁊ eruditionis arcē tenuiſſe Epitaphiū de
eo ſubſcribā Inuida clauſerūt: hoc marmore fata Rodolfū
Agricolā: phriſij ſpēq; decuſq; ſoli: Scilicet hoc viuo meru
it Germania laudis Quicq̄d hꝫ latium gręcia quicq̄d habet
Quanti āt iſ ipſe: noſtrū fecerit hinc ꝓfecto clarū Si quidē
noſtꝝ ſibi p̄ſuaſit ꝑ eius ſummo ſtudioꝝ amore: proq; eius
candore animi (qualem ſibi exoptabat) ſtudioꝝ fuiſſe acerri-
mū ⁊ exactorē ⁊ ſtimulū: ⁊ ſociū Quo cū cōmunicaret gratiſ
ſimū fuit quicq̄d cogitādo inuenerat: quicq̄d ſcribēdo effece
rat quicq̄d legēdo didicerat quicq̄d vel laude vel acriori dig
num iudicio annotauerat Que in eiꝰ aures ipe: vt itidē in ſu-

Epitaphium in Rod. Agricola

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

as ille depoſuit Semper vel ingerebat aliquid: vl' cōtabatur
vel dubitabat vel diſceptabat. nūc negligentiā liberiori rep-
henſione caſtigabat nūc conatū benigniori ꝓuehebat laude.
Vlex ꝛ dicere ꝛ audire: qui ꝛ ſciuit ꝛ voluit. Itaqꝫ quo cum
etatē vna degere hoc nrō maluerit habuit neminē. Id quod
ꝑ res vtriuſqꝫ nō licuiſſe tulit egerrīe Que noſtꝛꝫ ꝯmendant
quis dixerit facile. Qui ꝛ dignitate ꝛ auctoritate pre ceteris
valens: infimos quoſqꝫ: facilitate incredibili. ęquauit Vigi-
lantiſſimus: negocioſam vitā. ꝛ quietę ꝛ trāquillę: ꝑtulit ſꝑ.
Mirum in modū ſollicitus: qua ratione iuuētuti ſtudioſę cō
ſulendū optime Cui bene inſtituēdę: vt ſe natū duxerit vita
acta docet. Solida queqꝫ: ſummo ſudore amplexus quātope-
re luctandū nō preuidit De hac em̄ bene mereretur hanc ſibi
cōciliaret laborē oēm duxit minimi Hunc queſiuit ꝓdeſſe de
ſiderans nō ceco Mide ſtolidi captus auro Quos pauperes
eſſe perſpicuū erat: haud ab aliꝭs idipm̄ pretendētibus merce
de defraudari eque paſſus: celū ſibi ꝓponens: admiſit facilli-
me. Quos bonis artibus: ęque atqꝫ diuites quoſqꝫ inſtitu-
it diligētiſſime Vlū ad vitā bene modeſteqꝫ trāſigendā. q̇d ei
in viuis defuit: Deo incūbēs nō ē ſpe fruſtrat⁹ cui iſiꝑe rn̄dit
abunde ꝟtute ꝑdit⁹. ꝟtute ꝯſumat⁹ Cui⁹ illā admouit accu
ratiſſime. ad quā colendā inuitauit maiorē in modū hāc: pre-
dicans hanc extollens a viciꝭs dehortatus vicia deteſtans
Quibus quā infeſtū ſe ꝑſtiterit Pleraqꝫ eius carmīa grauiſ
ſima q̄ quotānis vt moris eſt dedit: luce clarius oſtendunt
Que ꝯſilio aliꝭs ſudoribus eius. longe ꝛ melioribus pre mit-
tenda cenſui. Cognoſcetur enim hinc quo vultu quo animo
ſuſcipientur. Que vbi placuiſſe videro que nulli non ꝛ qui
litteris affectus ꝛ qui doctus ob tum ſingularem doctri-
nam: tuꝫ admonitiones modeſtas: futura ſunt gratiſſima:
facili⁹ (non vt modo) Calchographi importunitate impro
ba victus: librarie officine: alia imprimenda dabo
Hec quidem:

De vera paſchę inueniēdi rōe q̄ bibliȩ innitur: quam ex Iſaac argyro greco: excepiſſe apparet: adiunctis plęriſq; de incarnationis myſterio

De ſciā ⁊ eo qđ ſcit̄ ꝯtra Academicos

De philoſophia

Erotema inter loquutorib⁹ inſertis

De triplici aīa: Vegetabili, Senſibili, Rationali

De arte ⁊ inertia

De rhetorica

De moribus

De ſenſu ⁊ ſenſili

Et alia nō nulla

¶ Quocirca mentis bona: rebus ⁊ fluxis ⁊ caducis: quo preſtātiora ſunt: laus eius eo magis ſolidis ex bonis ſurgat ſemper. Qui docendo: de ſuis meritus eſt ꝙ̄ optime. Quos non ambagibus: non inuolucris: non inanibus argutiunculis: nihil ad rē facientibus: ſuſpendebat Qui lumen ſoli ingerere non didicit. Qui luce clariora: craſſis velamībus non obtexit: intellectum inutilibus adductis interimēs. Sed contra in medium obſcura queq; miſit clariſſime: adeo vt nemo non cui haud gelidus circum precordia ſanguis intelligat ꝙ̄ facillime. Dignus igitur: cuius apud poſteros: que liquit monimenta: extent ſemper. Hęc hactenus. Ceterum: neſcio quid ſibi velit Eraſme dulciſſime: quo minus Libanij orationem gręcam: vbi latinam feceris quam expecto ad me (vt conuenimus) dederis. Preuideo conſilium tuum quos in manibus habes De illuſtribus metaphoris: De allegorijs eccleſiaſticis: De auctorum alluſionibus De ſcite ⁊ dictis ⁊ reſponſis libros: Libanio meo addere inſtituiſti: Quo vno me conſolor. vt moram lōgiuſculam haud feram animo iniquo.

Accipe nunc preceptoris noſtri carmina grauiſſima: ad que accedent: vbi ⁊ tibi ⁊ candidis lectoribus grata viderim: eius inſuper de diuerſis Erotemata: colloquutoribus inſertis. Platoni ſe in hoc accommodans: qui erat ei q̄ꝫ familiariſſimus Dabo tandem operam: quicquid de Rodolfi Agricolę operibus ad manus hic veniet: preter ea que ſuperioribus annis edita apud bibliopolas exponuntur: te adeant. Non abſurdum rurſus putaui: ſubijcere Epicedion incultum: quod ei vita defuncto inueni: In quo preſtinguntur quedam quibus ille noſter miratur Qui tuis commendatus ſit ſemper Uale ex Dauentria Anno a Natali chriſtianiſſimo milleſimo ſupra qningenteſimum tercium: Septimo Idus Julias

O Cciduas phębus: quando pergebat ad vndas:
Surget quom paphię candida ſtella deę
Altiuolę volucris: iam nunc lux alma cadebat
Splendida poſt vęrum que gerit arma Jouem
Inſontum: quando rapidos iunctura iugales:
Ad ſuperos: nitido voluitur axe: dies
Ominetum fauſto: tum miti ſidere: luctus
Deſeruit patriam: triſtia regna: grauis
Gymnaſij clari: celebris multum moderator
Qui Macedum regis: nomina clara tenet
Quos viuēs docuit: numeret quis Gymnoſophiſtas
Athletam talem: weſtphalis ora dedit
Pre multis: glucę perdoctus Pallados artes:
Aequauit graios: arte chelicꝫ viros
Facundis Italis: latio certauit ⁊ ore
Haud vlli cedens: artibus ingenuis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Quottuſquiſq; magis primas hoc caluit artes
  Eloquio nitidus: polluit ore potens
Doctiloquę logicę clara nouit ratione.
  Fallacis fuci: condita falſa dolo
Voce colorata: tunc candida plectra: reſoluit
  Quando modos: numeris ſchematibuſq; dedit
Agnitus eſt ęther: radiantes vicit & ignes
  Sidera quos ortus: quos obituſq; tenent
Conſiliumq; ſequens doctum: Vatis venuſiui
  Graiorum triuit: nocte dieq; libros.
Deditus Auſonijs diſcens: quantum monimentis
  Eſt dictu mirum: ſed magis Argolicis
Quicquid habet Sophię prīceps: ab Apolline dictus
  Vidit: ad hec amplis quod tenet ille toris
Quicqnid & is clari celebrat quem ſtēma Solonis
  Quod Siculo tortus principe Xeno grauis
Quicquid Stoa tenet: nec non Academia: quicquid
  Magnus Ariſtoteles Nicomachi genitus·
Huius fama nitens: peregrinas venit ad oras
  Vt Liuius longe: nomine clarus erat
Debuit Architę: quod pridem. forte Tarentum:
  Id ſine voce iacens: menibus hiſce tulit
Lumina qua clauſit: qua mentem reddidit iſte
  Quid ſperare licet: non docet ipſa dies:
Cui non occurret: precibus victum tenerorum
  Conceſſiſſe patrem: cederet vt medio
Pretendit: quando teneras ad marmora frontes
  Algida colliſas: lactea turba: deo.
Extemplo flexus: claro nunc dignor olympo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Rex tulit(vt mens fert)agmina chara:virum
Quis neget:hoc nitidos cuneos multum cumulatos.
Aurea quem virtus:vexit ad alta poli
Pauperibus largus:rogitanti verba negabat
Vitia non vlli:doctus ⁊ haud tumidus.
Candida:cui multos niueo ſignare lapillo
Natales dederat:liuida tunc:Lacheſis
Contortos:nitidis ceſſauit condere:fuſos
Tunc primum filis:ſtamina longa:legens
Tempora nam cępit:venerandis ſpargere canis
Deformis ſenij:lumina nocte graui
Exuuias calcans: Dauentria clara:fruatur
Fac animus dicas: Nectare ⁊ Ambroſia
Pierij fontis latices:hoc marmore:preſſus
Phocidis ac vndas:intulit iſte tibi:

¶ Ad prętereuntes Tetraſtichon

Rex ſuperum:functo veniam det quiſqꝫ viator
Effuſas humili dicito mente preces:
Miſtica qui miti grandeuus ſacra tonanti
Conficiens:vmbris conſuluitqꝫ pijs

¶ Hermanni buſchij Panegyricon ad magiſtrum Alexandrum Hegium

Si quis in Aonio poſuit veſtigia luco
Scindit ⁊ intonſam ſi quis ab arte lyram
Si quis Graiorum didicit facunda virorum
Scripta:vel Auſonia fulmina digna toga
Si quis romanas acies ⁊ prelia nouit



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Ad queꝗ Cumeus: Partheniaſꝗ docet
Tu qui clara tenes Pellei nomina regis
Diſpeream: ſi non hic mihi ſolus eris:

Rodolphus agricola Alexādro hegio ſuo Salutē d[icit].

n On facile dixerim: quātum mihi voluptatis littere tuę attulerunt: quum quod tuę: id eſt chariſſimi mihi hominis erant. tum quod intelligo quottidie politiorem te limatioremꝗ fieri et ſummam in ſpem adducor: aut tuo ductu: tuis monitis ⁊ inſtitutiōe: aut nullius preterea viribus: cultiores litteras in Germaniam peruenturas: ⁊ arcem aliquādo occupaturas. oſtendi eas domino vormacienſi: qui itidem vt ego Germanie noſtre ſpei gratulatus eſt atqꝫ Macte virtute inquit. ſicitur ad aſtra. Quod petis: vt Luciani mycillum: quem latinum feci: tibi mittam. dedicemꝗ tuo illum nomini. vtrumꝗ ſi non petiſſes etiam: facturus eram. ſed vereor ne tam celeriter illum tibi mittere queam. nondum recognoui: aut e prima ſceda illum repurgaui: adeo ne reſpexi quidem: poſtea q̄ꝫ traduxi. Occupant me ſtudia domini: quanq̄ꝫ parum: quia parum vacat ei: propter multitudinem negociorum: quibus quottidie diſtinetur. deinde nonnihil temporis abſumit mihi quod p̄lego publice: tametſi idipſum ſatis ſuſpenſa peragam manu. Eſt auditorium mihi: vt hoc loco: ſatis frequens: ſed tamen ſunt eiuſmodi fere: qui propenſius cupiant hęc ſtudia: q̄ꝫ commodius poſſint. maxima pars magiſtri ſunt aut ſcholaſtici. (vt nos dicimus) artium: quibus neceſſe eſt omne tempus illis ſuis cauillationibus impendere. anguſtiſſimū ⁊ velut ſubſiciuum diei fragmentum quoddam: in hęc ſtudia patet illis: quo fit. vt ipſi minus poſſint. ⁊ ego ſegnius coner. ergo hęc quę dico: q̄ꝫq̄ꝫ leuiter quidē: oc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

cupant me tamen. Accedunt: preter latina ⁊ gręca: quę mihi quocunqꝫ poſſum modo tuenda ſunt quanq̄ꝫ ⁊ nō nihil damni in eis me facere intelligo: ſed accedunt ad hęc (vt dico) Studia hebraicarum litterarum: quę mihi nouum ⁊ plenum moleſtie negocium exhibent vt mihi videar cum Anteo luctari. ⁊ multo plus laboris in his: id quod minime arbitrabar futurum: q̄ꝫ in gręcis: exhaurire. niſi forte tamen acquiore animo: preteritorum meminius laborum: q̄ꝫ pręſentes lubimus: verum vtcunqꝫ ſit: decretum eſt perſiſtere. primum: quia coepi: vt conſtantia tuear errorem deinde: quia in gręcis in quibus quantumuis parum effecerim: poſſimus tñ affirmare neqꝫ opere me neqꝫ: impenſę poęnitere Quia in his ergo voluptas maxima quam capiebam ⁊ adhuc capio: defloreſcit nonnihil: ⁊ eo ipſo fortaſſis ad fructũ tendit: putaui mihi rurſus animum: nouis quibuſdaꝫ ſtudiorum illecebris excitandum: Ad hęc puto mihi illuſtriori. aliquo peruincēdum eſſe: vt quod ſterilia hęc litterarum ſtudia tota vita ſectator: iudicio videar id nō ſegnicia facere. Sed vt quod veriſſimum: ⁊ perinde rectiſſimum eſſe puto dicam: deſtinaui ſenectutem meam: ſi modo me manet ſenectus: ſtudio ſacrarum litterarum. videorqꝫ mihi vna opera nunc veteris. ⁊c.

¶ Noſti enim ſtomachum meum: vt nequeam ſectari barbariem impuritatem: horrorem eorum: qui nunc omnia occuparunt. Noſti contra quoqꝫ ſtomachum illorum: vt clament: vt inſaniant ⁊ contumelię ducant loco: ſi quis audeat ſcita illorum conuellere: ⁊ conari docere: pueros ſe: ſuperuacua: deprauata: quęqꝫ ſenibus ſibi rurſus dediſcenda ſint. didiciſſe. poſſunt tamen hęc facere vt deberem: vt deſiſtam non poterunt. ⁊c.

¶ Vale honeſtiſſimis verbis: ſalutato meo nomine hoſpitem tuum. M. Richardum ⁊ modeſtiſſimam foeminam coniugem eius. Datę prae propere vormacię tercia ſeptimanę: ſic viſum eſt mihi vocare: quod nos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

vel barbare Feria ſcda. Feria tercia vel ἐθνικώτερως
lunę iouis martis mercurij dicimus. ⁊ cetera.

¶ Sequuntur Carmina Alexandri Hegij.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

# Alexandri Hegii Gymnaſiarchę iampridem Dauentrienſis diligentiſſimi artium profeſſoris clariſſimi Philoſophi pſ̄byteri Poetę vtriuſqꝫ linguę docti Carmina et grauiſſima et elegantiſſima:

## De aurea mediocritate Carmem Elegiacum

Vtiqꝫ modū tribuo iuſtū: plus ⁊ minus ęquo
Odi: quippe hec ſunt ſemina bina mali
Me rerum ſator: inuenit decor orbis vt eſſem
Me ſine: nil pulchrum eſt: nilqꝫ placere poteſt
Cum faceret pater omnipotens: terram. mare cęlum:
Singula queqꝫ ſuum: iuſſit habere modum
Morum ſum decor: atqꝫ artis deformia habentur
Omnia que modulum deſeruere ſuum
Nil ſine me gratum eſt: ſine me ſunt turpia cuncta
Que natura creat: que manus artificis
Formoſumqꝫ nihil: nimus aut ſpecioſius ęquo
Nec mihi Pomilio: nec Polypheme places
Gloria nec tabulę: nec cęlo laus erit vlla
Me ſine: debetur laus vtriuſqꝫ mihi
Phidiacum ſanus miratur nemo τορευμα
Orbum ſi modulo nouerit eſſe ſuo
Parrhaſij tabulam: ſine me nil laudis habere
Quis dubitet. Zeuſim falleret illa licet
Praui ſunt ſine me mores: plebiſqꝫ patrumqꝫ:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

12

Nil ſine me rectum: nilqꝫ decens geritur
Hic vinoſior eſt: ille ambicioſior ęquo
Militat in caſtris: hic venus alma: tuis.
Hic irę atqꝫ animo: laxas dat ſemper habenas
Et ſępe infectum: quod iubet ira: volet
Hic iuſto plus: cogit opes: bibit ille deuncem
Quom caput vnciolam: vix tolerare queat.
Nec ratis eſt oneranda nimis: merce atqꝫ ſaburra
Nec baccho: capitis Cymba grauanda tui.
Vnciolam bibe ſi non poſſis ferre deuncem
Officium vt faciat: peſqꝫ caputqꝫ: ſuum

¶ Idem de partibus Aſſis Ex Dialago eius phyſico.
Q. Que ſunt partes aſſis. R. He Vncia ⁊ deuus.
Sextans ⁊ Extans: Triens ⁊ Bes. Quadrans et
Dodrans. Quincons Sexcons Semis ⁊ Semis.

Sextantem bibe: ſi dextantem ferre nequibis
Si beſſem: potare nequis: bibe queſo trientem
Quadrantem bibe: ſi dodrantem ferre nequibis
Quincuncem bibe: ſi ſextantem ferre nequibis
Semiſſem bibe: ſi caput aſſem ferre recuſet

Diſtichon ad Sanctum Andream

Oxygonos binos totidem amblygonos referente.
Robore ſum fixus milia multa docens

Diſtichon ad Diuam Agatham

Eſt Agathes ſortita ſuum nomen bonitate
Namqꝫ bonum veteres agathom dixere pelaſgi

Ad Crucifixum Jeſum

Roboreo preſſus trunco rex orbis Jeſus
Faſce graui venit namqꝫ leuare ſuos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

¶ Metrum ſapphicum hendecaſyllabum: Quarto ſenten/tiam explente dimetro Adonio. In quo inuehitur in habendi amorem: qui toti imperat orbi: res fluxas damnãs Adhortans tandem ad celeſtia amplectenda

Quantus humanos animos cupido
Nunc inexorabilibus catenis
Vinciat: qui non videt: hunc ocellis
Cenſeo captum
Orbe de toto: deus hic triumphat:
Vincla captum turpia ferre cogens
Nam quotum iam quemqꝫ videmus vſqꝫ
Nil cupientem
Indus eoo rubicunda ponto
Ora: qui ſolem videt exerentem
Decolor vultum: tumidiſqꝫ labris
Vincula geſtat
Tuqꝫ Gaditane propinque phebo
Cerulas cum tethyos intrat vndas
Lora captiuo pbibere collo
Turpia ferre
Verticem te Taprobane boreum
Siderum ſpectare negant periti
Quam tamen captam: domuiſſe fertur
Ardor habendi
Vltimę tyles habitator: axem
Cernis arctoum reſupinus ore
Pulchra libertas tibi ſed videtur
Vilior auro
Dij boni: quo non penetrat cupido

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

14

Turpe cui ſe debere nemo ducit
Totus heu iam clamat io triumphe
Turpiter orbis
Gentium regnat deus hic vbiqꝫ
Seuior multo ſiculis tyrannis
Quippe terris imperitare nunq̃
Turpia ceſſat
Quanta: ſi quiſqꝫ numerare curet
Verna quot tellus violis rubeſcit
Quotqꝫ voluat ſtellifer orbis aſtra
Poſſe laboret
Chriſte mortalis generis redemptor
Omnis hoc Dauentria: te rogamus
Exigatur corde Cupido turpis
Victus ab omni
Erige ſublimes vultus homo: ſuſpice celum
Illuc torque oculos: quo tibi curſus erit
Turpe eſt: cęlitibus pronas ſpectare futuris
Terras quas pedibus belua muta terit

¶ Eiuſdem generis carmen: cuius proxime premiſſum. Panegyricon ad diuam ſemper virginem Mariam

Irgo quam vates atauis creandam
Regibus quondam cecinere priſci:
Tu meos lęto numeros canentis
Suſcipe vultu.
Digna quę regem: grauido ſupernum
Ventre geſtares genitrix fuiſti
Nulla te preſtat mulier: nec vlla
Laudibus ęquat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Virginis nomen ſimul et parentis
Sola tu ſeruas: vtero decenter
Editus matris fuit irrecluſę
Conditoꝛ oꝛbis
Tu choꝛos virgo perhiberis omnes
Celitum: multo ſupereminere.
Quippe regnatoꝛ tibi ſolus ante:
Fertur olympi:
Inclytę mater generoſa pꝛolis
Digna quam totus moduletur oꝛbis
Da tuas nunq̄ȝ taceant poetę
Gens tua. laudes
Ludus hic noſter. tibi quem dicamus
Diua: te dignos ferat oꝛo verſus:
Et hinc coꝛum pierides valete.
Numina vana
Mater pꝛole deo plus terqȝ quaterqȝ beata
Da mihi te dignos pſallere queſo modos
Carmen Aſclepiadum coꝛiambicum In quo

¶ Abominatur vitia. virtutis homines admonens: modū docens quo idipſum fiat facile: ⁊ ſe ipſos noſcant inquam: et quid inter vtraqȝ interſit Excandeſcens tandem in potoꝛes bacchum damnans mediocritatem extollens

I poſt ferre voles. pꝛaua decentibus
Quo diſcrimine ſint vtraqȝ diſcito
Hoc nil ſcire potes crede ſalubꝛius
Nam fruſtra ſapies ſi tibi deſipis
Qui fieri tuus aſſertoꝛ capti petis: audi
Quid collo demat vincla pudenda tuo

Fac quod miſſa iubet cęlo vox: γνωθι σεαυτον
Non vindicta: magis libera colla facit
Quam ſint praua vide pernicialia
Si cordi tibi ſit: turpia linquere
Hec nos mortifero vulnere ſauciant
Hec mentem. maculis turpibus oblinunt
Cęlorum domino nil odioſius
Nil inuiſius eſt crimine noxio:
Hoc: de ſede poli φωσφορον expulit
Hoc: in demonium vertit ⁊ angelum
Et te noſſe ſtude: te vocat omnium
Plaſtes effigiem: te ſtatuam ſuam
Nec terrę: nec aquę: nec polus aſtriger.
Sortiri poterunt tanta vocabula
Hęc te conditio ne lateat rogo:
Humani generis tantaqꝫ dignitas
Nam quo dignior es: quo generoſior
Hoc ducenda magis: crimina turpia
Pręſcripſit modulos conditor omnibus
Et que condita ſunt legibus obligat
Nil a lege data (nitere quamlibet)
Tranſuerſum poteris vellere pollicem
Nec ſol oceano mergitur Indico:
Nec Gadita tuo ſurgit ab ęquore
Phoebeam fugiunt ſidera lampada
Cum cęlum radijs ſpergere coeperit
Sulcatur ratibus veliuolum mare:
Cum tellus rigido vomere ſcinditur
Nullus flaua leget pruna ſub ilice

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Aut vuas poterit carpere vepribus
Cum menſura ſui: nota ſit omnibus
Obſeruentq; modum: quem ſator indidit
Cur ſic degeneras numine bacchico
Cur tranſformis homo bęlua redderis
Bacchus queſo furens: ad ſtyga mittitor
Propinet ſtygius Tiſiphone deus
Plenis lętifero nectare beſſibus:
Sat mortale genus ſupplicij dedit
Si conuiua tibi ceſſerit improbus
Hunc ſic ipſe ſono vincito ſupplici
Non me beſſe tuo deprecor obliges:
Sextans exiguus vix mihi congruit

¶ Sapphicum In quo ad muſas colēdas adhortatur adoleſcētes: alijs negocijs: ⁊ vanis ⁊ ĩutilibꝰ ꝑtermiſſis

One fulgentem iaculator arcum
Phoebe cum telis: citharaq; ſumpta
Huc ades: frondem tua ſic perennem
Laurea ſeruat
Sic tibi: nunq̃ tua cura vates:
Quos amat κλέιους chorus ⁊ ſororum
Deſinant: gratum fidibus canoris
Dicere carmen
Perdat armatas iaculis cohortes
Belliger Mauors: oneretq; cęlis
Portmeos cymbam populis: auaro
Quos vehat orco
Menalus ceruos videat fugaces
Delię telis perimi: ferina:
Primas que partes: tenet imbuendi



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Spicula caede
Diue: ſors dulces tua ſunt camenę
Laudibus diuos celebrare doctę
Que ſacrum daphnona: iube frequentent
Carmine grato
Linque Germanę: grauidam pharetram
Sęuiat Mars bellipotens in hoſtem
Tu chelim pulſa fidicen canoram:
Pollice ſacro
Quid tibi cum vulnificis ſagittis
Tantalis poenas Niobe pependit
Prole cum conſorte tori peremptis
Saxea facta
En tuę raptor Ticius parentis
Porrigens ſe iugera per nouena
Jam renaſcenti: ſtygias volucres
Viſcere paſcit
Peleo natus: tua: tela ſenſit
Qui Phrygum terror Danaumqꝫ tutor
Stratus vltrici cecidit ſagitta
Littore teucro
Phębe da queſo fidicęn decore
Annuant patres: pueris ſeueri
Criminis puram ⁊ docilem: thaliae
Reddere mentem
Qui ſinis argutos ſtrepat anſer vt inter Olores
Da pſallam laudes: ſplendide diue: tuas

¶ Metꝝ iambicũ trimetꝝ locis imparibꝰ ſpõdeũ: ſꝫ pa
ribꝰ iambũ: aut in vtriſqꝫ locis pedes iã dcis tpe reſpon
dẽtes: recipiẽs In q̊ cenſet vitia q̊ꝝ ex ꝑtes pauci mor-

taliũ vitã agũt Eos tm̃ felices ducẽs q̇ iuſſa dei faciũt
Eu vita paucis degitur mortalibus
Foelix ⁊ exors criminum: quotus abnuit
Jam quiſq̃ pulchra poſthabere turpibus
Nemo beatus: turpium ſibi conſcius
Nec cura libertatis vſq̃ cernitur
Jn ſeruitutem quiſq̃ ſemet aſſerit
Cum letifera facit imperata dęmonum
Admiſſa: ſeruum culpa pectus: efficit
Quot quiſq̃ vicijs pectora ſua dedidit
Tot cogitur iuſſa miſerandus exequi
Hoc turpior: quo pluribus ſe ſubdit
Seruire multis: ſortis eſt miſerrimę
Oblectat hunc: congeſta vis pecunię
Cui nil ſatis: quantumlibet parauerit:
Nec admouet loculis manum tumentibus
Seruet magis oculis: miſer nomiſmata
Teſtatur hic celi deum cum peierat
Credens eum curare nil mortalia
Nec pertimeſcit: aere ſaluo: infamiam
Deum negat quiſquis per illum peierat
Chic ora porrigit capiſtro feminę
Quam ſi videt: iuſſis madere fletibus
Ultro venit: ſupplexq̃ fit dominę ſuę
Nemo beatus deditiçius Cypridis
Res eſt voluptas omnium blandiſſima
Si cui tenaces hec manus iniecerit
Non ille ſarcina facile leuabitur
Simul ore frenos illius receperit
Qui querit: hec quot imperet mortalibus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Cur noſſe vult quot vere volucres concinant.
Aut quot ſereno ſidera niteant polo
Regnum voluptas iam patet late tuum
Turpia tartarei qui regis iuſſa faceſſit
Quamuis ſit locuples eſt (mihi crede) miſer
Si faciat que mandauit regnator olympi
Moribus eſt diues ſit licet ȩris inops

¶ Metrum ſapphicum In quo damnat malum ocium Quo captos notat: qñ ipſe deus nõ agat vitã inertem

Jquibus veri datus eſt ꝟ aequi
Ardor: huc aures precor admouento
Ocijs diſcuntoq̃ nil agendis
Eſſe creatum
Ille cȩleſtis moderator aulȩ:
Qui polos torquet celeri rotatu:
Nil in immenſo (mihi crede) fruſtra
Condidit orbe
Orbe nequicq̃ nihil eſſe toto
Conditum: ſi noſſe cupis: recIude
Vȩra qui cernunt: metuuntq̃ falli
Mentis ocellos
Cuncta que cernis ſata ſunt labori
Legibus parentq̃ dei libenter:
Nec ſato cuiq̃: datur ocioſam
Ducere vitam
Cuncta quom rerum ſator inueniret
Legibus totumq̃ ligaret orbem
Noxio: cauit ſua ne perirent
Regna veterno
Mundus en totus facit imperata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Legifer ſummus ſibi que reliquit:
Nam ferax nobis alimenta tellus
Juſſa miniſtrat
Educat pontus ſcopuloſa cęte
Quicquid ⁊ vaſto natat in profundo
Flatibus: pandas reuehitqꝫ puppes
Pulſus ⁊ ęſtu
Non agit vitam deus ipſe inertem
Quippe qui iuſſu facit efficaci:
Quicquid in terris geritur: vagiſqꝫ:
Aequoris vndis
Ergo cum ſolus gerit ipſe cuncta:
Frontis es durę: nimiumqꝫ lautus:
Si petis lentus magis ocioſum
q̄ꝫ deus ęuum
Ocio captos agit ad laborem
Paulus: a menſa prohibens inertes
Fucus ignauum pecus arceatur
Mellis ab eſu
Si cupis eſſe deo charus: deus odit inertes
Ocia fac ſpernas: res age: charus eris.

¶ Metrum gliconicum trimetrum conſtans. ſpondeo: coriambo pyrrichio: vel iambo Jn quo dānat inertes: q̇ votis incūbunt torpētes hinc ſibi ꝓmittant oīa labore nō accedēte. Saluſtius Muliebribus ſupplicijs in bello auxilia deoꝝ fruſtra implorātur. Et miſericordię opera ⁊ alia exercicia honeſta adducens

Ordi ſi quibus eſt deum
Exorare ſalubria
Promant ſuppliciter preces
Alto pectore conditas: 

Accedat labor improbus:
Fuſis corde precatibus
Nullas vota parant opes
Cum torpet manus ocio
Nec deſit mediocritas:
Lętis ſeria temperans:
Hec ſemper tibi ſit comes
Hec te turpibus arceat.
Solas iure deus preces
(Quo nemo magis impiger)
Aut infeſtior ocio
Auerſatur inertium
Non ignauia nec ſopor
Scandit ſidereum polum
Durus cęlicolas labor:
Ex mortalibus efficit
Si quis pauperiem leuat:
Fletu victus egentium:
Fert ſolatia fęminis
Męſtis funere coniugum
Clauſos carcere ſqualido:
Sęuis liberat hoſtibus
victum porrigit indigis
Nudis tegmina lanea
Si bellis patrio ſolo
Pulſos: comiter excipit
Si mortalia pectora
Artes ingenuas docet.
Si vita: ⁊ montis pijs:
Mentes corrigit impias

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Hunc equiſſimus arbiter
Coelo cenſet idoneum
Dum dormitat inertia
Hec curat labor improbus
Terras vomere ſcindere
Sulcis credere ſemina.
Hic vectus fragili rate:
Sulcat veliferum mare
Querit non ſua littora
Vitam credit et beſijs
Hic donat diademate
Plebeis patribus ſatos
Scandit quamlibet ardua
Regem ex mancipio facit
Qui ſe deſidiae dicant
Hec dum vita breuis manet
Ibunt: irremeabili
Ignes ad ſtygios: via
Illic perpetuum dabunt
Praui: ſupplicium deo:
Cuius iuſſa faceſſere
Duris cordibus abnuunt
Flectitur omnipotens pater improbitate precantis
Nil exorabis: ſi taciturnus eris

¶ Metrum Gliconicum In quo reginę pecunię amorem turpem execratur Dolendo in medium mittens ſcelera plęraqꝫ hinc exorta: que turpia nulla vetat innumerorum flagitiorum ſemen Quippe quid non mortalia pectora cogit: auri ſacra fames: Imprimis cenſet monetariorum fraudem non nullorum. nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

iuſto pondere nūmos defraudātiū. nūc adulterantiū.

Eus regina pecunia:
Quo mortale genus rapis
Mentes ingenuas premens:
Inclemente tyrannide.
Differtis famulo grege
Orbis regna capacia
Parent ſponte ſua tibi
Clari ſtemmate principes.
Quis nunc dedecus aut ſcelus
Ducit ſe tibi dedere
Cum iam iuſſa faceſſere
Nemo non aueat tua
Nullus plus miſerabilis
Cunctis e famulatibus
q̄ preferre decentibus
Praua: ⁊ noxia commodis
Dum mortalia noxio.
Flagrant corda cupidine
Diſſuaſore decentium:
Nullis turpibus abſtinent
Tunc patri Mitridatico
Vtendum eſt medicamine
Tunc cerui ſuperat miſer
Annos: iudice filio.
Olim ſupplicium ſuis
Fures corporibus dabant
Iuſto nunc modulo licet
Defraudare nomiſmata
Beſſem: dira ſitis lucri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Aſſis ſignat imagine
Nummos ſi quis adulterat
Nummis dedecus eluit
En quo ſeuus amor lucri
Mortales miſeros agit
Nil optatius eſt lucro
Lucrum Nectare dulcius:
Ludum ardore petit lucri
Quiſquis litterulas docet
Lucrum Rhetoras efficit
Doctos vendere iurgia
Queſtus ſchoenobatas facit
Plantas credere funibus
Spe queſtus: miſerabiles
Uulgant corpora feminę
Tu quos imperio premis
Ne non plus nimio tua
In ſeruos rabies furat:
Uris letifera ſiti.
Non hanc ſi Tagus: aures
Rictus in patulos: fluat
Unda: pellere torridis
Prorſus viſceribus queat
Sic in luctifica ſtyge
Cum fruſtra miſer admouet
Undis ora fugacibus
Ardent viſcera Tantali
Late regna patent tua:
Gades inter: ⁊ Indiam
Finis imperium tuum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

26

Vaſtę tethyos ambitu
Juſticiam demitte polo pater optime: crimen
Ut mortale: pari par referendo fuget
Auri ſacra fames hominum rogo pectora linquat:
Nil iubet illa decens: cupia nulla vetat

¶ Metrum Gliconicum In quo conqueritur: de innumeris & curis & malis & vicijs quibus humanum genus ſubiectum. Quando morbo: marte: fame omnia apparebant plena: acerbiſſime in mortales hemorrhoide graſſante. Gulam tandem damnans. Multis ventrem ſibi deum ponentibus: quo referunt cuncta.

Uc rex omnipotens ades
Qui ſolo rutilantia
Torques ſidera numine
Plebem reſpice tabidam:
Infoelix hominum genus
Oramus prece ſupplici:
Dignator pater optime
Huc aduertere lumina.
Num mortalia negligis
O clemens hominum ſator:
Num prę cęlicolis tibi
Sordet terrigenum genus
Qui curare deum poli
Solas res ſuperum putant
Nec mortalia viſere:
Captos luminibus reor
Cur fruſtra patitur ſibi
Fundi cum lachrymis preces
Si tantum ſuperos deus
Curat: non hominum genus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

En quantis: hominum ſator
Mortales premimur malis
Morbo: marte: fame ſcatent
Urbes: rura: tyrannides
Non tot. ſtelliferis polo
Lucent ſidera noctibus
Cum brumę boreas comes
Nubes ęthere depulit
Nec tot prata nitentibus
Uerno tempore floribus
Albent: cum zephyri tepor
Terris gramina ſparſerit
Hos hemorrhois aſpera
Seuis morſibus enecat
Tabes dira: comes famis
Illis eripit halitum
Tabent agricolę fame:
Tabent męnibus abditi
Infantes: pueri: ſenes
Implent queſtibus ęthera
Tellus heu ſata reddere
Jam cultoribus abnuit
Que cum fenore credita
Quondam rite pependerat
Febris: tabificum malum:
Cui pallens comes eſt color:
Et turpis macie cutis
Nudat corpora viribus,
Hec Mauorte potentior
Heroas ſubigit ſibi



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Claros exanimat duces
Armis inſuperabiles
Non hec Dipſade mitior
Urit perpetua ſiti
Sepos: tabificam luem
Hec vincit truculentia
Morbis cura nocentior
Eſt mortalia pectora:
Hec ſomnos oculis negans
Alta mente reponitur.
Mens intacta libidine:
Curis libera noxijs
Nil praui ſibi conſciens
Alba rarior eſt pice
Humani generis deus
Venter: gentibus imperat
Quas phoebus caput exerens
Quas condens radios videt
Quid non ille negocij
Heu mortalibus exhibet
Nemo non ſtudet illius
Queuis iuſſa faceſſere
Diram quo fugiat famem
Nil deforme putat ſibi:
Appellare quater die
Audet creditor impudens
Non fluxę poterunt opes
Curas pellere noxias
Non nardum redolens coma
Stacten aut opobalſamum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Aeſtur perpetuis hominum mens anxia curis
  Nec valet illa ſui non meminiſſe mali
Hanc ſi tranquillare velis:fomenta relinque
  Curę:nil ęquo plus cupe:liber eris

¶ Ode monocolos conſtans verſibus Anapeſti cis hypermetris trimetris In qua agit mortales ſtulticiarum Stultorum enim numerus infinitus Cauſam reddens cur mentę captorum turba diffuſiſſima Sanę mentis autem homines pauciſſimi. Et veneris tandem ⁊ inanis glorie pleraqꝫ mala afferens

Emo cum vere tepenti:
Frondentes gutture ſiluas
Modulans mulceret Aedon
Violas numerauit olentes.
  Nec quiſqꝫ noſſe laborat
q̄ꝫ multę:nocte ſerena
Regantur in ęthere ſtellę
Pluuius quas texerat auſter
  Nec quantum degat in orbe
Hominum mentis male ſanę
Valet vllus voce referre
Quamuis ſibi ferrea detur
  En quantula nunc hominum pars
Gaditas inter ⁊ Indos
Inter Tylen Meroenqꝫ
Bona curat querere vęra
  Quota pectora queqꝫ:capaci
Mortalia cernimus orbe
Que ſe iactare valebunt
Exortia ſtulticiarum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

30

Priſcos ſophię ſtudioſos
Graię telluris alumnos
Afflatus numine ſacro
Paulus vocat inſipientes
Si quiſqꝫ ſcire laboret
Cur tantula ſit ſapientum
Stultorum tantaqꝫ turba.
Patulas mihi commodet aures
Praui late patet ęquor
Nec limine clauditur vllo
Anguſta eſt ſemita recti
Tantumqꝫ perardua ducit
Si verum dicere fas eſt
Nequeunt mortalia corda
Dira correpta phreneſi:
Prauo diſcernere rectum
Hunc: pallidulo iuuat auro
Ima tellure petito
Charę diſcrimine vitę
Arcas implere capaces.
Quo non ardor dominandi
Mortalia pectora ducit
Que non diſcrimina temnunt:
Ut poſſint imperitare
Hac tempeſtate doloſus
Ditatur munere ſcurra
Summumqꝫ meretur honorem
Qui ſcit mala pulchra vocare
Iuuenis qui pocula Circes:
Auido ſtultus bibit ore

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Mutatus carmine: tranſit
Suis in formam lutulentę
Non nunq̃ vir grauis annis
Infectus tempora canis
Circes correptus amore
Sua porrigit ora capiſtro
Nemo dementior eſſe
Poterit magis: aut miſerandus:
Quamuis ſit filia ſolis:
q̃ Circes iuſſa faceſſens
Non vlla decentia mandat:
Suadelis illa nefandis
In crimina morte pianda
Ardore furens rapiendi
Hunc compilare ſacella
Iugulare viros iubet illum
Per numina peierat alter
Ne mutua reddat amico
Mentes hominum generoſę
Si laudis amore caleſcant
En quantum gloria pollet
Nihil eſt quod ferre recuſant
Quid ſcribere fecit Homerum:
Modulos quos nulla valebit
Unq̃ delere vetuſtas
Querendi nominis ardor
Tituli dulcedine captus
Pauit: coluit: ſuperauit
Maro capras: arua: duceſq̃
Eythiſo: boue: milite duro:

Cordibus e noſtris nocuam regnator olympo:
Stulticiam petimus numine pelle tuo

¶.Carmen Dicolon alternatim hexametro ꝛ archilochio dimetro catalectico cōſtans In quo: inuocatiōe p̄miſſa: mortaliū curas ꝓponit ꝛ variū ꝛ mutabile cū tēpus tū annū tum terrā docēs: ad ſolida bona q̄rēda adhortās ſtulticię in ſil'ans aliud p̄ter vera bona cupiētes

Qui ſtelliferum celeri vertigine torques
Aethera rex ſuperum
Qui terras ditione tenes ventoſq; furentes
Et mare veliuolum:
Nec Meroe tibi nec Tyle: nec cerula Tethys
Terminat imperium
Te precor: vt modulos non auerſere canentis
Supplice corde: meos:
Tu mihi clementer dignare vocatus adeſſe
Numine queſo tuo
Phoebe vale: nec opem medicam: nec te peto plectrum
Vniſonamq; lyram
Non ęgris (quamuis opifer dicare) mederi
Corporibus poteris
Non eſt Calliope poſthac neq; Pegaſis vlla:
Diua vocanda mihi.
Huc rex orbis ades: nam ſolo pellere morbos
Tu potes imperio
Tu mihi phoebus eris: tibi ſunt pia carmina curę
Te lyra ſacra iuuat
Non ego Caſtalidas: ſed te ſanctiſſima mater:
Carmina ſancta petam
Hec vbi dicta dedi: iuſſit me rector olympi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Hos dare voce modos:
¶ Vos ego mortales moneo: bona querite ſemper
Que nequant adimi
Omnia mutantur. nihil eſt quod in orbe capaci
Non variat ſpeciem
Non mare: non tellus: non vnam ſtellifer orbis
Semper habet faciem
Ver abijt tepidum: non herbę rore madeſcunt
Florigerumqꝫ ſolum.
Nec iam frondeſcunt ſiluę: nec iam canor illas
Mulcet Aedonius
Aeſtas diffugit: marcent iam gramina campi
Arboreęqꝫ comę
Quom ſol: heſperio currus auriga rubentis
Conditur oceano.
Humentis picea noctis caligine celum
Continuo tegitur
Qui ſimul ęois rutilum caput extulit vndis
Albicat igne polus
Heu quantum: curę mortalia pernicioſę
Pectora ſollicitant:
Hic verſus ſcribit: redimitus tempora lauro
Vt populo placeat
Hi freta remigibus ſulcant: vt merce referta
Naue domum redeant
Excitat in Martem: querendi nominis ardor
Fortia corda virum.
Omnibus in populis (heu) cernis pectora rara
Sulticię vacua
Quis ſanum credat: mala qui pretore vidente:

Morte pianda facit
Hunccine mente putas ſana qui cuncta ſciente
Judice praua facit
Deſipit is: quem non ſcrutator pectoris alti
A vicijs prohibet.
Mente reor captum: quem non plutonius ignis
Submouet a ſcelere
Ille ſapit ſolus: ſuperum qui captus amore:
Crimina feda fugit
Pellite: ſollicitis curas e cordibus: ęqui
Eſte breuis memores

¶ Jn chriſtianiſſimū Saluatoris nrī ieſu chrī Natalē hymnꝰ grauiſſimꝰ Jn q̃ rurſus īuehit in eos q̇ prognoſtica ſcribūt: ſibi ꝑmittētes futura p̄dicāt Genethlicos ridēs Hoc monocolus ꝯſtās ꝟſibꝰ anapeſticis hypme-(tris trimetris.

Salue natalis ieſu
Mundo venerande capaci
Hodie fabricator olympi
Eſt virginis ęditus aluo.
O lux gratiſſima mundo:
Superum te coetus honorat
Celebrant te terrigenarum
Deuoto corda precatu
Letetur quiſqꝫ fidelis
Exortus iuſticie ſol
Jntacta matre: vetuſtas
Pepulit ſplendore tenebras
Mundus nunc gaudeat omnis
Opifer demiſſus olympo
Aegrotum venit in orbem
Languentibus vt medeatur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Gaudete: Genethlicon orbi
Rediijt: quo flamine foeta
Tactus ignara virilis
Virgo eſt enixa tonantem
Jam cuncta Genethliacorum
Sileant preſagia vana
Afflati numine Vates
Soli nouere futura
Non virgo puerpera queqꝫ
Rogitare Mathematicorum
Chara de prole ſolebat
Nec eis eſt credula facta
Muteſcat fatidicorum
Poſthac rogo noxia lingua
Qui turpis amore lucelli
Stultis preſagia vendunt
Pereat Mantia prophana
Inuentum dęmoniorum
Seu Manes conſulat atros
Seu lucida ſidera coeli
Que nunc ſunt: queqꝫ fuerunt
Mortalia pectora norunt
Solius noſſe futura
Proprium rectoris olympi
Homo cum preſcire futura
Nequeat (me iudice) dęmens
Habeatur: menteqꝫ captus
Si preſagire laboret

Ode monocolos conſtans verſibus Anapeſticis Hypermetris trimetris

In liuorem inuectiua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

O Rbem cum ſol rutilantem:
Eois exerit vndis.
Liuor tenebras petit atras
Phoebea lampade pulſus
Non hic oculis valet almam
Lucem perferre diei:
Erebo quem patre creatum
Utero nox ędidit atro.
Scythię glacialis in oris:
Locus eſt caligine tectus
Qui nunq̃ frigoris expers
Uacat omni ſolibus ęuo
Plauſtris Erumant hidos vrſę
Quam nunq̃ tethyos vnda
Terras amplexa rigauit
Hic ſubiectus perhibetur
Ubi liuoris domus: imis
Latet abdita vallibus antri:
Aconito ſparſa nocenti
Et nigro ſqualida tabo
Hac atra ſede repoſtus
Neque tabificus valet vnquam
Liuor gaudere ſecundis
Neq̃ gliſcere rebus opimis.
Aeſtur mens tabe perenni
Liuoris ſaucia dente
Ticij velut ηπαρ epar edacis
Laceratur vulturis ore
Huic virus cedit Echidnę
Huic Lernę peſtifer hydrus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Huic Sepos:tabe necantis
Letali:noxius ictus.
Hic morbus:mente receptus
Eſt peſte nocentior omni:
Omni pollentior arte
Nullis medicabilis herbis
Non arte Melampodis:ęgro
Fugit hoc e pectore virus
Hoc exitiale venenum
Et carmina vincit ⁊ herbas.
Minus hac:medicamina pollent
Chironia:tabe nocenti
Non Centaurus valet vllus
Hunc pellere corde furorem.
Licet inuentum medicina
Dicatur Apollinis eſſe
Tamen hanc depellere peſtem
Herba non eſt potis vlla
Hec nunq̃z carpere ceſſat
Heroum martia bella
Hec recte facta:latenti
Gaudet mordere ſuſurro
Ridet cum fulmine ſacram
Ardere dei videt ędem
Cum ſulfure menia:ſaxis
Iniectis:diruta ſpectat
Ridet cum taurus opinio
Macie tabeſcit in agro
Cythiſo cum paſta capella
Vacuo petit vbere ſepta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Cum nil lachrymabile cernit
Nil cuiquam pernicioſum
Moerens ſuſpiria crebra
Imo de pectore ducit
Piget hanc ſpectare capellas
Diſtentas vbera lacte:
Moeret pendere rubentes
Lentis in vitibus vuas
Hec lumine cernit iniquo
Specioſa toreumata celo
Sculptoris facta Myronis:
Populo ſpectacula grata
Liuor edax: ſuperum quem rex eiecit olympo
Juſſit ⁊ vt tellus hiſceret ima tibi:
I pete tartareas: faſtu comitante: tenebras
Et ſine: terrigenum pectora pace frui

¶ Ode cōſtans Anapeſticis hypermetris: trimetris Ad diuā ſꝑ virginem a Mariā Paneg̃yricō Que ſola digna vocetur diua nō aūt fabuloſe Ethuicoꝝ dee Que toto laudet in orbe Qñ dign⁹ vt laudet ſit q legis iuſſa ſequit Nō ī iuria itaqꝫ laudatiſſiā ꝟgo maria laudet ſꝑ:

Enitrix intacta tonantis
Ter prole quaterqꝫ beata
Numeros mihi da modulari
Te dignos: maxima Diua
Non aeneadun genitricem
Que ceruleo ſata ponto
Trahit a ſpuma ſibi nomen:
Diuam mihi dicere fas eſt
Neqꝫ Pallada ſanguinolentam
Jaculatricem ve Dianam:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Necqꝫ te coniunxqꝫ ſororqꝫ
Iouis: auſim dicere Diuam
O virgo puerpera: ſolam
Voco te diuam: quia ſola
E cęlicolis meruiſti
Cęli regina vocari
Modulos ego iure popoſci:
Te diua perita canendi
Que carmine magnifcaſti
Regem qui torquet olympum
Non degit in orbe capaci
Qui nil tibi debeat vllus
Quia tu prolem peperiſti
Que noxas diluit omnes
Te ſeptenę regiones:
Laudent habitabilis orbis
Et quiſquis terrigenarum
Vltra citraqꝫ moratur
Nunqꝫ Meroes habitator
Phoebęo decolor Aeſtu
Laudes depromere corde
Tibi virgo ceſſet ab imo
Te laudet fuſca Syene
Populis contermina nigris
Cui ſol altiſſimus: vmbras:
Negat vrens brachia Cancri
Et Alexandrea: frequentes
Et plebs Nilotica tota
Olim ſupplex Crocodylis
Nunc per ſoluat tibi grates

40

Phebęo clara Coloſſo
Idola ειΔωλα Rhodos venerata.
Quondam: tibi nunc moduletur:
Laudes caſtiſſima mater
Et rerum maxima Roma
Cui quondam paruit orbis
Marię genitricis ieſu
Reſonet nunc laude perenni
Tibi virgo. Boryſthenis orti
Scythię de rupibus amnis:
Ne non lauderis vbiqꝫ
Carmen pius accola pſallat
Ryphęa cacumina laude
Fac arguta reſonare
Nec in orbe ſit angulus vllus
In quo tua laus taceatur
Circundata: tethyos vndis
Tibi ſeruiat vltima Thyle
Extremi te Garamantes
Modulis ad ſidera tollant
Tibi ſemper: Medica grates
Perſoluat carmine lingua
Te cantent: mittere docti
Parthi poſt terga ſagittas.
Te laudet ſacra poeſis
Tibi nunc moduletur iambos
Nunc hendeca ſyllaba grata
Nunc ſapphica carmina promat
Tibi nunc mea virgo camena
Canit incultos anapeſtos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Quos tu mitiſſima Diua
Placido precor excipe vultu
Si vęrum dicere fas eſt
Dignos ego cenſeo laude:
Qui legis iuſſa ſequentes
A turpibus abſtinuere
Talis tu Diua fuiſti
Neq; mens tua dedecorata
Culpa quauis fuit vnq̃
Neq; pęnas debuit vllas
Huc ades: ⁊ noſtras imo de pectore promptas
Suppliciter petimus: ſuſcipe virgo preces.

¶ Ode Anapeſtica hypermetra Ad Aſtreã hoc eſt Juſticiã colendã admonitio Jniuſticię gregarios milites in ſimulãs: hanc linquẽtes illi ſe accõmodẽt ꝯtẽdit Sin minus pareãt p̄dicit corui ventrẽ eis buſtũ futuꝝ

Juam venerare potentem
Que regna gubernat ⁊ vrbes
Que ſupplicium ſcelerato
Jnſonti premia reddit.
Hec eſt: que ſe venerantes:
Celi dignatur honore
Huic qui parere recuſat
Superis charus nequit eſſe
Quiſquis poſt vltima fata
Dignum ſe Nectare ſacro
Diuorum curat habendum
Hanc mentibus inſerat imis
Hec reddens debita cuiq;
A iure trahit ſibi nomen.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Non vnciolam tibi pendit
Si debet iure deuncem
  Hec eſt ſine qua nihil vſqꝫ:
Rectum geritur vel honeſtum
Quam ſi quis ſpernit ⁊ odit
Oculis hunc cenſeo captum:
  Hec regem iuſſit olympi
Qui nutu ſidera torquet:
Indutum corpore: pęnas
Alienę reddere culpę
  Hec: faſtus pendere penas
Eiectum dęmona celo
Phlegethonteis iubet vndis
Ne crimina linquat inulta
  Preſul colit hanc Fredericus
Badenſi ſtemmate clarus
Cui firma neant rogo fila
N inco de vellere Parcę
  Hic hoſtes per peregrinas
Heros dum pelleret oras:
Docuit q̄ꝫ ferret iniquo
Animo: ſe marte grauari.
  Nam cum ſit mitis ⁊ ęquus:
Ad martia bella ciere
Neqꝫ vult quenq̄ꝫ: nec iniquis
Armis impune laceſſi
  Iuris cultu: peregrinas
Dauentria laude per vrbes
Claret: quam cenſeo dignam
Opibus que ſemper abundet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Hec reddidit arua colonis
Predonum ſanguine fuſo:
Que debuit aerta decenter
Equiti peditiqꝫ pependit.
Huius nummata ſit arca
Semper nec inaniat illam
Diſcordia: nocte dieqꝫ
Iuuenesqꝫ seneſqꝫ precemur.
Non Aſtream colis: ędes
Qui compilans alienas
Audes quod non poſuiſti:
Furaci tollere dextra
Non agrorum populator
Cunctis qui perniciosus
Stygias rapieris in vndas
Cum deſeret halitus artus
Tibi mens ſtudioſa rapinę
Nummos non prelia queris
Incendia ſeua minaris
Emungens ęre colonos
Tu deſolata iacere
Nec adunco vomere ſcindi
Bobus. vis arua: fugatis
Victum ne culta miniſtrent
Age dic populator agrorum
Age dic quid ſit tibi cordi:
Statuiſtin perdere dira
Mortale fame genus omne
Lachrymis tibi ſuadeo fuſis
Tua dele crimina: ſolo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Gemitu de pectore prompto
Superum placabilis ira eſt:
  Quod ſi miteſcere non vis
Hec eueniat tibi queſo
Te perdant dijq; deęq;
Terręq; mariſq; poliq;
  Tu tempore ſis miſer omni
Nec ſis miſerabilis vlli
Uultu videant tua leto
Aduerſa: puerq; ſenexq;
  Ut ſacra te: poſt fata tegat tellus: alieno
Abſtineas facito nocte dieq; manus
Quis incendia ſunt cordi: quis viuere rapto
His buſtum: corui venter edacis erit

Metꝝ Jambicū trimetꝝ Jnuebitur in peſtilentiam

      Nuiſa peſtilentia:
      Exi locis celebribus:
      Deſerta: fac cito pede
Et non reuerſura: petas
  Ne perde: ſęua belua
Totum genus mortalium
Tot Manibus iam miſeris
Portmeus quietem concupit
  Tu frontis es duriſſime
Mentem pudere conſpicor
Fraudas que (non aduerteris)
Celi ſatorem: laudibus
  Nam chriſtianos enecas:
Summi dei peculium
Qui laude: nunquam deſinunt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Celi ſatorem perſequi
  Es perditrix ſementium
Terris ⁊ vndis inuidens
Subducis vndis nauitas
Terris colonos eripis.
  Vrbes inanes ciuibus
Reddis: ſituqꝫ polluis:
Auſers parentes liberis
Et liberos parentibus
  Jmo facis de pectore
Ducantur vt ſuſpiria
Triſtes iuuat te paſcere
Solis miſellos luctibus
  Te moenibus Dauentrię
Jam tempus eſt excedere
Hec fletibus fac temperet
Jam ſat ſuperqꝫ fleuerat
  Vrbem ſubi: cui coctiles
Muros dedit Semiramis
Aut Thracis horrendiſſimi
Semper pauentem regiam
  Eſt dignior Dauentria
Quam cui nocere debeas:
Hec laude fulget plurima:
Vt vitra: vt aſtra vt lucifer
  Jnſignis hec ⁊ nobilis
Clero dei digniſſimo
Ludoqꝫ litterario:
Et copioſis mercibus
  Vitę dator: te poſcimus

Hinc pelle peſtem noxiam
Optata quo mortalibus
Huc aduolet ſalubritas

Juſdem de vtilitate gręcę linguę hemoteleuta

Quiſquis grammaticā vis diſcere diſcito gręce
Ut recte ſcribas non praue diſcito gręce
Si grece neſcis: corrumpis nomina rerum
Si grece neſcis male ſcribis nomina rerum
Si grece neſcis: male profers nomina rerum
Lingua pelaſga vetat vicioſos ſcribere verſus
Lectio quem Plynij delectat diſcito grece
Sic libros ſacros vis diſcere diſcito grece
Hieronymum teneas vigilans tu diſcito grece
Ne verſus ſcribas vicioſos: diſcito grece
Argumentari quiſquis vis diſcito grece
Quiſquis Rhetoricen vis diſcere diſcito grece
Scire Mathematicam quiſquis vis diſcito grece
Artibus es medicis qui captus diſcito grece
Morbis nam cunctis: ſunt indita nomina gręca
Argolicum nomen: cunctis liquet eſſe figuris
Artes ingenuę graio ſermone loquuntur
Non alio: quibus haud nomen dat lingua latina
Ad ſummam: doctis ſed debent ſingula gręcis

¶ Nos baptizatos eſſe grece debemus linguę Baptiſmus enim ⁊ verba ⁊ elementum requirit Quorum quidem verborum vnum eſt grecum: Baptizo inquam Quis rurſus ſine grece linguę miniſterio corpus Chriſti conficiat quā do ⁊ κυριε ελεισον χριστε ελεισον ad Miſſam pertineant, Preterea ⁊ in aque ⁊ in ſalis exorcizatione lingue grece miniſterium deſideratur: Haud catichumenus redditur puer: greca lingua nō in-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

teruenienti: Omnibus artibus liberalibus hec ipſa in-
ſeruit. Quia omnes artes liberales traduntur per gre
ca vocabula: Quis ſciat: que nomina a grecis accepta
ſint que non hinc fluxerunt: greca lingua incognita.
Nec ſciet que nomina per z que per ſ ſcribenda ſunt. vt
Theſaurus quod per ſ ſcribitur quia θησαυροσ per ſ
ſcribitur Verba in izo deſinentia per z ſcribūtur omnia
vt baptizo exorcizo Aſinus per ſ ſcribendum. quando
ſit latinum αζυμοσ per z: quādo grecum ſit ριζα per z
ſcribitur ⁊ radix transfertur:

¶ Monoſticha eiuſdem de Na-
tiuitate Saluatoris noſtri:

Phylli vale: valeat Leuce: valeat Galathea
Chriſtus amor meus eſt: ſunt illi cognita corda
Chriſtus amor meus eſt illi mea carmina cure
Ille preces audit noſtras vt cernis: ⁊ ipſum
Ludere que vellem calamo permiſit agreſti
Quid charum duces ſi vilem ducis ieſum
Premia magna manent hunc qui te laudat ieſu
Concepit ſupero e flatu ſua mater ieſum
Concepit ſacro de flamine mater ieſum
Conceptus ſupero e flatu eſt rex orbis ieſus
Viſceribus clauſit ſacris ſua mater ieſum
Virgo ſacris clauſit membris regem orbis ieſum
Terrigene formam induitur rex orbis ieſus
Abditur humanis membris rex orbis ieſus
Induit humanos artus rex orbis ieſus
Carne fuit tectus fragili rex orbis ieſus
Aſſumpſit ſerui formam rex orbis ieſus
Sicut homo eſt habitu inuentus rex orbis ieſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Humanam aſſumpſit formam rex orbis ieſus
Natus patre deo carne eſt indutus ieſus
Virgine matre ſatus carne eſt indutus ieſus
Virgo intacta manens peperit ſua mater ieſum
Intemerata manens genuit ſua mater ieſum
Neſcia virgo viri facta eſt tua mater ieſu
Infans eſt factus qui vocem inuenit ieſus
Virginis eſt proles factus rex orbis ieſus
Virgine matre fuit clarus: rex orbis ieſus
Nato ſola deo fuit inclyta mater ieſu
Non vterum matris naſcendo recluſit ieſus
Edidit ex vtero clauſo ſua mater ieſum
Editus eſt vtero clauſo genitricis ieſus
Editus intactę eſt vtero genitricis ieſus
Vagijt in cunis mundi fabricator ieſus
Qui ditione tenet mundum vagiuit ieſus
Vbere lactauit proprio ſua mater ieſum
Lacte ſuę matris rex paſcitur orbis ieſus
Lac biberat Marię matris: rex orbis ieſus
Lac matris: bibit omnipotens rex orbis ieſus.
Eſurijt iumenta cibis qui paſcit ieſus
Eſurijt volucres celi qui paſcit ieſus
Protegit aſt lictos: rex imploratus: ieſus
Implorata: iuuat miſeros pia mater ieſu
Exaudi miſeros mater genitricis ieſu
Non vnquam miſeros auerſa eſt mater ieſu
Non ſpernit miſeros mater genitricis ieſu
Exaudi miſeros petimus rex orbis ieſu
Exaudi miſeros petimus pia mater ieſu
Exaudi miſeros mater genitricis ieſu

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

¶ Idem Alexander hegius ad puerum Jeſum.

a Lpha vocaris ⁊ o quia fons ⁊ clauſula rex es
Initium es rerum per te ſunt condita cuncta
Et finis: quoniam te propter: cuncta creata
Tu terrę: tu ſtelligeri fabricator olympi
Te propter: tellus te propter factus olympus
Acceptam referunt tibi ſol ⁊ ſidera lucem
Acceptamq; tibi vitam referunt animantes
Cuncta tibi parent: rex regum iure vocaris
Tu mare tranquillas: verbo tibi ventus obedit
Tu ſolus dominus: nuſq; ſunt que tua non ſunt:

¶ Hymnus Eiuſdem. in chriſtianiſſimū Natalem Jeſu ⁊ laudem Diue Marię ſemper virginis Metrum Anapeſticum hypermetrum

p Roles patris omnipotentis
Eterno equęua parenti
Genitorem viribus ęquans
Natalem cepit habere.
Salue natalis ieſu
Lux o gratiſſima ſalue
Totus iam gaudeat orbis
Rediijt natalis ieſu
Salue natalis ieſu
Tibi ſingula queq; ſalutem
Referāt mortalia corda
Acceptam. tempus in omne
Nemo rogo cultor ieſu
Exors nunc leticię ſit
Donauit munere ſummo
Mundum natalis ieſu



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

O mater caſta tonantis
Que nomen dulce parentis
Cum virginitatis honore
Sortita es munere nati
Que ſola es viſa graueſcens
Tactus ignara virilis:
Natalem tu mihi prolis
Da queſo tuę venerari.
Tu virgo theetocos vna
Merita es fieri atq; vocari
En quantum te tua proles
Mundi fabricator honorat
Tibi nempe theetocon eſſe
Cunctis e matribus vni
O mater caſta: nec vlli
Preter te contigit vnq̃
Tu flamine fęta ſuperno
Genitrix es facta tonantis
Tu ſola pnerpera virgo
Sine ſe mine facta virili es
Dignatur rector olympi
Qui nutu ſidera torquet
Tecum commune parentis:
Pia mater: nomen habere
Nam cum genitore ſuperno
Eſt communis tibi proles
Tu ſeruas cum patre ſummo
Nati communis: amorem
Qui te matrem vocat: orbis
Regem vocat ille parentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Patris genus omnipotentis:
Proles voluit tua dici.
Languens: opis indigus orbis
Te poſcit opem pia mater
Poteris facile auxiliari:
Natus tibi nil negat vnq̄.
Fer opem te virgo precamur
Tu clemens auxiliatrix
Tu nunq̄ virgo precatus
Auerſaris miſerorum
Precor huc ades o pia mater
Tu nubila corda ſerena
Lachrymaſq̄ leua miſerorum
Qui te ſolatia poſcunt:
Tu nunq̄ virgo negaſti
Cuiq̄ ſolatia mẽſto:
Meroris nemo leuamen
Te fruſtra virgo popoſcit

¶ Monoſticha Eiuſdē de paſſione Saluatoris.

t Raditor exiguo precio vendebat ieſum
Exiguo Judas precio diſtraxit ieſum
Ter denis preſul nummis mercatur ieſum
Exiguo: fera gens: precio mercatur ieſum
Exiguo eſt emptus precio: rex orbis ieſus,
Venditus eſt vili precio rex orbis ieſus
Venditus ęre fuit paruo rex orbis ieſus
Venditus eſt nummis ter denis mitis ieſus
Venijt exiguo precio: precium orbis: ieſus
Grex ouium triſtis: paſtorem liquit ieſum
Cętus apoſtolicus: fugiendo liquit ieſum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Ultro ſe manibus capientum tradit ieſus
Exemit gladium Petrus: defenſor ieſu
Abſcidit auriculam Malchi: Petrus arſor ieſu
Immitti gladium vaginę iuſſit ieſus
Accipiens gladium: gladio perit: inquit ieſus
Seuijt in mitem populus truculentus ieſum
Funibus eſt vinctus pro nobis conditor orbis
Uapulat a vili ſeruo rex orbis ieſus
Indignum vita ſynagoga putauit ieſum
Dignum quem leto daret impia duxit ieſum
Dignum quem leto dedat: gens ducit ieſum
Heu ſynagoga ſuum veſana flagellat ieſum
Preſidis iniuſti ſtetit ante tribunal ieſus
Rex ne ſit iſrael mitis rogitatur ieſus
Herodi diro nil reſpondebat ieſus
Candidula indutum rex veſte: remiſit ieſum
Candidula indutum palla: rex riſit ieſum
Candidula veſte: herodes amiciuit ieſum
Prefertur: latro crudelis: tibi mitis ieſu.
Uilior eſt habitus latrone: redemptor ieſus
Canna datur tibi pro ſceptro rex orbis ieſu
Pro ſceptro calamum tenet: orbis rector ieſus
Spina tuum diadema fuit: rex orbis ieſu
Dira coronauit ſpinis te mater ieſu
Sęua pium ſpinis iudęa coronat ieſum
Spinis ſeua ſuum regem gens pungit ieſum
En homo ſpinifero capite eſt miſerandus ieſus
Factus acanthophoros deus eſt: fabricator olympi
Spinifer eſt factus pro nobis rector olympi
Conſpuitur faciem forma ſpecioſus ieſus

Vt mitem perimat populus flammatur ieſum
Vt mitem occidat:fera gens:flammatur ieſum
Addixit morti inſontem Pilatus ieſum
Noxius inſontem pręſes damnauit ieſum
Impius innocuum preſes damnauit ieſum
Immeritum:preſes damnauit iniquus:ieſum
Ducitur ad montem:cui dat caluaria:nomen
Ad montem crucifer caluarum ductus ieſus
Ducitur ad montem caluarum:dulcis ieſus
Furcifero ęquatur ſeruo:rex orbis ieſus
Eſt crucifer factus:pro nobis:conditor orbis.
Rex regum crucifer:mundi ſaluator:ieſus
Stratus humi crucifer:cecidit cruce preſſus:ieſus
Stratus humi crucifer:moli ſuccumbit:ieſus
Veſtibus exuitur:cruce ſuſpendendus:ieſus
Impia gens:dextram clauo perfodit ieſu
Perfoditur ferro dextram:rex orbis ieſus
Perfoditur dextram palmam:rex orbis ieſus
Dextra manus clauo perfoſſa eſt:mitis ieſu:
Ferreus en clauus dextram perfodit ieſu.
Impia gens leuam clauo.perfodit ieſu
Pes domini dexter:clauo eſt perfoſſus:ieſu
Pes domini leuus:clauo eſt perfoſſus ieſu
Dira flagellatum Iudęa peremit ieſum
Sęua flagellatum plebs interfecit ieſum
In diram:rex ſponte crucem eſt:ſublatus ieſus
Sęua pium Iudea cruci ſuffixit ieſum
In cruce pendentem gens impia riſit:ieſum
In cruce pendenti:fera gens:inſultat ieſu
In te probra iacit:gens impia:mitis ieſu



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

In cruce pendentem:latro implorauit ieſum
In crucē pendentem:latronem ſaluat ieſus
In cruce latronem:celo dignatur ieſus
Latronem chriſtus:celi dignatur honore
Obductus tenebris ſol mortem luxit ieſu
Prole ſua:fera gens:matrem ſpoliauit ieſu
Lumina manarunt lachrymis:genitricis ieſu
In cruce pendentem natum ſpectantis ieſum
Saucius:effuſo nos ſanguine:lauit ieſus
Impia gens:liuore furens:occidit ieſum
Morte ſtupet nati:ceu ſaxea:mater ieſu
Sponte ſua:vitam moriendo ponit ieſus
Mortuus eſt chriſtus:lachrymis nunc ora madeſcant
Ferreus ille fuit:qui mitem occidit ieſum
Durus erat:quem non miſertum eſt matris ieſum
Sęua canum rabies:tibi vitam dempſit: ieſu
Seua canum rabies:vitam tibi ademit ieſu
Caluarum montem inſignem mors fecit ieſu
Caluarum mons inſignis nece factus ieſu eſt
In cruce pro nobis rex eſt enectus ieſus
Quem mors atra fugit:moritur rex orbis ieſus
Propter nos vite dator eſt enectus ieſus
In cruce pro nobis moritur rex orbis ieſus
Conditor eſt orbis propter nos nectus ieſus
Vili pro famulo rex eſt enectus ieſus
Alpha vocatus ⁊ o fuit in cruce nectus ieſus
Eſt victor mortis propter me nectus ieſus
Pro nobis ſubijt mortem mors mortis ieſus
Pro nobis vitam amiſit:vita orbis ieſus
Pro culpis:pęnas alienis ſoluit ieſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Crimina ſupplicijs aliena luebat ieſus
Mortuus eſt pro me: pollens rex orbis ieſus
Exitio ſuccurre meo: rex orbis ieſu
Vulneribus quinis: ſanet nos mitis ieſus
Vulneribus: nobis quinis medeatur ieſus

¶ Monoſticha Eiuſdē in glorioſiſſimā reſurrectōem ieſu

Morte ſua: celi portam patefecit ieſus
En animam poſitam nunc ſponte reſumpſit ieſus
Sponte ſua vitam ſurgendo reſumpſit ieſus
Sponte animam poſuit: quam ſponte reſumpſit ieſus
Quam poſuit animam nunc ſponte reſumpſit ieſus
Exanimos artus: anima vegetantur ieſu
Ex mauſoleo clauſo eſt egreſſus ieſus
Non vterum matris naſcendo recluſit ieſus
Oſtia nec tumuli: ſurgendo recluſit ieſus
Luce ſua: dominus tumulo prodiuit ieſus
E tumulo: non ſarcophago: proceſſit ieſus
In tumulo: non ſarcophago: requieuit ieſus
De morte ad vitam redijt: vitę auctor ieſus
Prima deum vidit rediuiuum: mater ieſum
Natum prima videt rediuiuum mater ieſum
Poſt matrem primum eſt vnctrici viſus ieſus
Vnctrix: poſt mortem: charum ſibi vidit ieſum
Vnctrix prima pium: poſt matrem: vidit ieſum
Diſcipulis: in Emaus: panem frangebat ieſus
Diſcipulis panem: binis frangebat ieſus
Cognitus eſt: panem frangens: peregrinus ieſus
Fratribus eſt: decies ſeptenis: viſus ieſus

¶ Adhortatio ad leticiam de glorioſiſſima Ieſu reſurrectione



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

e Xors leticie ſit nemo: reuixit ieſus
Alituum genus omne canat. ſurrexit ieſus
Cantus aedonius redeat: ſurrexit ieſus
Quercus aedonibus reſonet: ſurrexit ieſus
Arboribus redeant frondes: ſurrexit ieſus
Gramina iam campis redeant: ſurrexit ieſus
Floreat omne nemus: quoniam ſurrexit ieſus
Fiat: veliuolum pelagus: ſurrexit ieſus
Fiat terra ferax cereris: ſurrexit ieſus
Floreſcant: patulę fagi: ſurrexit ieſus
Horrifer abſcedat boreas: ſurrexit ieſus
Floriferi ſpirent zephyri: ſurrexit ieſus
Flamina iam ſileant borę: ſurrexit ieſus
Piſce natentur aque multo: ſurrexit ieſus
Aera nunc ſulcent volucres: ſurrexit ieſus
Letetur mortale genus: ſurrexit ieſus
Nullus triſticię locus eſt: ſurrexit ieſus
Angelicus chorus exultet: ſurrexit ieſus
Eſt cunctis ſperanda ſalus: ſurrexit ieſus
Hybernum fugiat frigus: ſurrexit ieſus
Lintea dant ventis nautę: ſurrexit ieſus
Nauita nunc maris ęquor aret: ſurrexit ieſus
Ceruleum ſulcet mare nauta: reuixit ieſus
Carcere frenetur boreas: ſurrexit ieſus
Nymborum patriam: rediuiuus claudat ieſus
Aegrum queſo gregem: ſana bone paſtor ieſu

## Monoſticha de laude Jeſu

n Os ſiluas: reſonare pium doceamus ieſum
Nos ędes reſonare ſacras: doceamus ieſum
Aediculas reſonare humiles: doceamus ieſum

Blandiloquę valeant linguę: meus ardoꝛ ieſus
Chꝛiſtus amoꝛ meus eſt: valeunt bona cuncta caduca
Chꝛiſtus amoꝛ meus eſt valeant materqꝫ paterqꝫ.
Clara Rhodos phębi: te laudet chꝛiſte Coloſſo
Solibus vſta pium: Meroe collaudet ieſum
Te ſeptem landent regiones oꝛbis: ieſu
Te laudet Meroe: radijs exuſta leonis
Jam telis Garamas poſitis: collaudet ieſum
Nilus fonte fluens ignoto: laudet ieſum
Fluctibus in medijs pelagi laudetur ieſus
Nigri iam Meroes: chꝛiſtum laudate: coloni
Hunc laudet: cancri radijs exuſta Syene
Pomifer antumnus: rediuiuum laudet ieſum
Clara Samos teſtis. rediuiuum laudet ieſum
Nota Samos: cultu Junonis: laudet ieſum
Pythagoꝛę ſophia Samos inclyta: laudet ieſum
Te ſol ętthereus: te ſera crepuſcula: laudent
Collaudet chꝛiſtum ſol: cum caput exerit vndis
Sol: minimas faciens vmbꝛas: te laudet ieſu
Sol chꝛiſtum laudet: boꝛeales cum facit vmbꝛas.
Jnfra tellurem: latitans ſol: laudet ieſum
Arbiter: aduerſi ſol oꝛbis: laudet ieſum
Oceani: dominum collaudent: grandia cete
Squamigerum genus omne maris: collaudet ieſum
Omnis terra ferax: hominum: collaudet ieſum
Totus vbiqꝫ tuam laudem canat oꝛbis ieſu
Nuſqꝫ ſit regio: qua non laudetur ieſus
Nunqꝫ ſit tempus: quo non laudetur ieſus

¶ Verba ſcholaſticoꝛum: coenobia petentium

Nos patrię fines ⁊ dulcia linquimus arua

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Nos patriam fugimus te propter dulcis ieſu:

¶ Quam glorioſum ſit deo ſeruire

Libertas ſumma eſt: tua chriſte faceſſere iuſſa
Nemo eſt ingenuus: niſi qui tibi ſeruit ieſu
Nemo eſt qui regnet: famulus niſi fidus ieſu

¶ Alexander Hegius Rodolfo Langio ⁊ Hermanno Buſchio poetis weſtphalis equeſtris ordinis:

n Il eſt quod fieri nequeat: iam ferre poetas
Barbaria in medio weſtphalis ora poteſt
Langius hanc decorat: maiorum ſanguine clarus:
Et Monaſteriaci: lauſqꝫ decuſqꝫ ſoli
Primus Melpomenem: qui rura in weſtphala duxit
Cum caneret laudes: maxime Paule tuas
Buſchius hanc modulis ⁊ ſtemmate clarus honeſtat
Cum te virgo parens: numine fęta canit
Natum terra altrix tantorum weſtphala gaude
Lumine te dextro: docta Thalia: videt

¶ Alexander Hegius Hermanno Buſchio

b Uſchia clara fuit domus olim Clamoris armis
Nunc Hermanne tua eſt inclyta facta Cheli
Trux illi cultus Mars eſt: ⁊ ſeua virago
Mitia ſunt animo numina grata tuo
Phoebus enim fide conſpicuus: dulceſqꝫ camenę
Tempora cinxerunt: fronde virente: tua
Quam clangore tubę: letatur bellicus Heros
Tam tu es phębeę captus amore lyrę
Ille hoſtes armis horrendum ad Porthmea mittit:
Innocuos cithara tu canis vſqꝫ modos
Martius effuſo furor imbuit arma cruore
Pegaſidum nulſqꝫ eſt facto cruenta manus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

¶ Eiuſdem diſtichon de noĩe Alethia

Dicor αληθεια: quia nullas quero latebras
  Si philalethes es: me tueare rogo

¶ Ad virginem Mariam

d  Aemona virgo precor longe depelle cruentum
  Nomine quem potis es virgo fugare tuo

Demona virgo precor Maria hinc depelle cruentum
  Solo is terretur nomine virgo tuo:
Dęmonas a nobis abſterre virgo cruentos
  Hos ſolo terres nomine virgo tuo
Dęmona Parthenice procul a me pelle cruentum
  Ne capiti noceat bellua ſęua meo
¶ αιματοέντα dei mater rogo dęmona pelle
  Deqꝫ tuę ſobilis: deqꝫ tuo famulo

¶ Idem ad virginem Mariam

A me virgo parens: triſtem rogo tolle reatum
  Quem niſi ſuſtuleris tartara nigra petam

¶ Tu Sciurum

Non eſt romanum mihi nomen: gręca σκιουρος
  Lingua vocat: cauda corpus obumbro meum

¶ Q. Quare beata Maria vocatur ſemper virgo. R. Quia virgo erat cum conciperet filium: virgo cum pareret: ⁊ virgo poſt partum. Et propter hoc a gręcis vocatur αειπαρθενος Aiparthenos hoc eſt ſemper virgo vel perpetua virgo verſus

Cęleſtis conditor arcis
Carnis velamine tectus
Ex virginis intemeratę
Vtero eſt egreſſus in orbem
Neqꝫ natus conditor orbis
Tibi viſcera virgo recluſit

Necꝫ virginitatis honorem
Cum conciperetur ademit
Hinc ſemper virgo vocari
Genitrix es digna tonantis
Atqꝫ omni dicet in euo
Omnis te lingua beatam:

¶ Epitaphiũ Reuerendiſſimi quondã p̄ris Domi-ni Rodolfi de Diepholt epĩ traiectẽſis digniſſimi

Epitaphiũ Rhodolfi epĩ traiectẽſis

c Onditur hic preſul Rhodolphus ſanguĩe clarus
Qui morum equauit nobilitate genus
Qui populo tutela ſuo: terror fuit hoſti
Illum tutatus viribus hunc domuit
Huic Marte infeſtus fidus paſtor fuit illi
Plebeijs gratus: principibuſqꝫ viris
Hic empto fundo: Lage condidit: abſtulit hoſti
Vluick Apcou Duerſtat contulit eccleſie
Aedibus horſt auxit: cinxit munimine Blancborck
Arx ⁊ ab hoc vulnhoe ſplendida facta nitet
Curia conſilio cleri procerumqꝫ celebris
Huius magnifice eſt edificata animo
Hunc genuit Diepholt domus inclyta: ſuſtulit atra
Mors: quem ſidereo ſuſcipe chriſte polo
Sedit ãnis. xxxij. Obijt ãno ſalutis. M. cccc. lv. xxiiij. die menſis Martij.

¶ Ottonis de Lippia Traiectenſis eccleſie quondã preſidis ⁊ digniſſimi ⁊ reuerendiſſimi Epitaphium Qui eccleſiam defendens cecidit anno a Natali Milleſimo ducenteſimo triceſimo tercio: Quod rogatus a quodam excogitaui iamdudum

Illuſtris princeps: dignus quem carmina laudent
Lippiacę ſtirpis: qui decus ⁊ ſpecimen
Quippe pius Numam ſuperauit relligione
Eccleſię curam: dum gerit occubit
Hoc pacto: pręſul ruit Otto dum petit hoſtem
Sacrilegum: greſſus non tulit alta palus
Hoſtibus eſt preſſus ſcuis Tirynthius Heros
Pontificis vertex: cōcidit enſe ſacer
Illuſtris princeps eſt ceſus milite multo
Bernardus cunctis clarior Horſtmer erat
Ut biſſena ſacer natalis ſęcla relegit
Ter denis annis ⁊ tribus: aſtra adijt
Undiqꝫ iam fęlix: e viuis ipſe Calendis
Auguſti ceſſit ſidera celſa tenens

¶ In Calcar Eiuſdem proximis diebus in loco vbi corruerat Antiſtes repertum a colono Tetraſtichon

Ręſidis en calcar fuluum: quod venit in ora
Pridem: quem ſulcum forte colonus agat
Pellei regis: dignum quod cuſpide pungat
Bucephalum: nec non Cornipedem calabrum

¶ Idem de eodem Ottone de lippia reuerendiſſimo traiectenſis quondam Eccleſie Preſule

ſ Emidei nitidos virtus preteruolet ignes
Aurea Lippiacę nobili ſtemma domus
Pompilij Numę pretendit relligionem
Tercentum Fabios vicit ⁊ ipſe fide
Tempora qui cinxit bis acuta fronte thyara
Accenſis aris: miſtica liba dedit
Strennuus: Ottonum fuit Heroum decus ingens
Quis pridem vaſti ceſſit habena ſoli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Ut biſſena ſacer natalis ſęcla relegit
Phoebus ⁊ octauo pulcher in orbe ruit
Auguſtus ſemper Fredericus numera Nymphę
Annuit Aſtreę: flammea vt illa colat
Illi deuinctus Solymas ſimul init in oras
Antiſtes dignus: pręda deoredeat
Qui cruce: martigenum pectus munitus: arauit
Euxinos tractus: horrida nil trepidās
Hincq; redux: fratris vigilans quos cura teneret
Tranquilla letus pace frui videat
Haud mora: fluctiuagis Mars ferreus obtudit vndis
Quando feras leſit Munctio Marmaricas
Vires vnde tulit dux. Otto leonifer illis
Ferro pontificem. qui petiere ſuum
Illorum ſolidas: vbi vicerat eruit arces
Auſpicio quorum: vulgus ad arma ruit
Qui quando patris ſunt fracti: vindice dextra
Hunc contra: validam traxit ⁊ ipſe manum
Hinc niſi Clauigeri: preter ſpem vota parentis
Stricta diremiſſent arma: ſtrages aderat
Tempore poſt paruo: Trentonum concita turba
Peſtiferis ducibus: quos cito compoſuit
Inducijs dictis: cum primum ſoluerat Heros
Mox alter rapuit Martia tela furens
Quare commotus conflauit robora preſes
Ocyus indignum vindicet hiſce ſcelus
Pro dolor: inuidit votis Rhamnuſia iuſtis
Styx lernea pedes haud tulit alta graues
Hoſtibus eſt circumuentus fortiſſimus Heros
Et rigido vertex ęre ſacer cecidit

Sextilis mentem felix dedit ipſe Calendis
Plus quinis luſtris: ſecula dicta ſuper

¶ Hec ſunt que ad manus diligenti inquiſitione facta venerunt Candide lector: que carmine ſcripſit. Non dubium pleraqꝫ alia in hoc genere inueniſſe: que ex oculis meis fugerunt. Propter Rhodolfi rurſus epiſcopi traiectẽſis Epitaphium ab eo excogitatum. placuit apponere Ottonis de Lippia eiuſdem eccleſie quondam epiſcopi Epitaphium meum inuentum qualecunqꝫ. tũ quia ille huic conuictus (ni fallor) tum ne paginę vacantes reliquę iacerent. Telos

¶ Impreſſum Dauentrie per me Richardum paffraet Anno dñi. M.CCCCC.iij. Menſis Julij. viceſimo nono

Sapphicon Ad S. Joannem Bapt. G. M. Gregorii Bredikopff Ro:

[illegible] nimis pudore
Martyres forti superas [illegible] Templo
Et [illegible] generosa facta
Sancte Joannes

[illegible] heroes animo tremendos
Quilibet [illegible] matris
Audias quaeso mea nunc benigno
Caria vultu

Carpis Herodis rabidi nephas: dum
[illegible] plurimum parentum
Hostis infelix [illegible] tetras
[illegible] Amica

Brandea suadet [illegible] puelle
Supplicet [illegible] lapidis tyranno
Donet [illegible] capitis decori
Munus sancta

Hor [illegible] Mors
Joannis Joan: Bapt:
[illegible] He
rodem [illegible] corpore
[illegible]
puella capit Joannis pe
tit [illegible] Hero
diade / [illegible] extollit /

In euangelio legitur
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Causa Mortis
sancti Joannis
Bapt.

Quia Herodes quidem [illegible]
[illegible]
[illegible] timebat
[illegible] populum //

S. Jeronimus
[illegible] Jo[hannes] hero
des [illegible] ut
[illegible] occidendi
[illegible]: [illegible]
[illegible]
[illegible] /

Vocibus rumpte trahitur puelle
Verba flagrantem stimulis laceſſunt
Annuit: ſancti dederat prophete
Corpus iniquo

Huius pereis [illegible] plandi donantes
[illegible] [illegible] noſtrum removens
[illegible] [illegible] [illegible] ſalubre

Gaudia cli

O triumphatus precor alme penas
Qui [illegible] manibus rigaſti
Fonte Jordanus miſeros peni[illegible]

Pax [illegible]

[illegible] fideles
Qui tuum feſtum celebrant [illegible] orbem
Reſpice hos miſeros plandis [illegible]

Sancte Johannes

Te deo

We treden [illegible] her [illegible] gude geſellen
Eyn ſider [illegible] ſyn [illegible] vormoge alſ he yd kan vorgelden
De uns dar [illegible] wolde beſſporten edder beſthempen
De ſchyte in de [illegible] und [illegible] den [illegible] //
([illegible])

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 19